In Dei Nomine Noverint Universi q(uo)d Nos Fr. Joannes
Baptista de Castro S. T. D. Dei et sanctae Sedis Apostolicae gra(tia) Abbas
Monasterii Beatae Mariae de Gerri sacri ordinis et Religionis Divi
Benedicti infra Urgellen(sis) dioc(esis), Attendentes q(uod) Certa die Mensis
Martii proxime elapsi fuit porrogatum Concilium provincia
le Tarr(aconense) personaliter jnterfuimus ad diem decimam quintam men
sis Maii proxime instantis et venieris, Attendentes etiam q(uo)d
justo febris magno impedimento detinemur taliterq(ue) periculosu(m)
esset equitare, et per tam ardua et aspera loca et hospitia
iter arripere saluti n(ost)rae esset obnoxium sicq(ue) dicto Concilio adesse
non possumus prout nostrum impedimentum notario infrascripto cla
re exprimimus et declaramus de dicti notari proprio juramento
Coram eo fidem facimus Scientesq(ue) q(uo)d qui per alium facit per se
ipsum facere videtur, Gratis de nostra certa scientia et gratis
veis videlicet melioribus via modo et forma quibus melius de jure
di facere possumus et debemus facimus constituimus creamus deputamus
et solemniter ordinamus veros certos legitimos et indubitatos procu
ratores et negotiorum nostrorum infrascriptorum gestores et nun
tios certos et speciales et ad infrascripta etiam generales jta tamen
q(uo)d specialitas non generalitati non deroget nec e contra vos
R(everen)dos Religiosos Fr. Franciscum Monfar S. T. D. Monachum
et Praepositum de Aja Monasterii Rivipulli et Fr. Dominicum (?)
Fortunium Amat Monachum et Cammararium Monasterii S.ti
Cucuphatis Vallensis licet absentes tanq(uam) praesentes et utrumq(ue)
vestrum insolidum jta q(uo)d prioris occupantis conditio potior non exis
tat nec deterior subsequentis sed q(uo)d per unum vestrum inceptum
fuerit per alium seu alios nihilominus mediari valeat prosequi
et fini duceri omnino ad effectum valeat. Et perinde ac si
per vos ambos una simul actum foret sive gestum. Et videli
cet pro nobis et nomine n(ost)ro, assistendum comparendum et pr(aesen)
te essendum in dicto Concilio porrogato et sic de novo convocando
dicta die decima quinta Maii praefixa cum diebus continua
tione quibus expedierit et ad deliberandum tractandum
et agendum in eodem Concilio provinciali omne id q(uo)d pro

salute, et Regimine animarum Christi fidelium, pro toto ecclesiasti
co statu ac bono publico magis utile et commodum judicabitur
decernendum, capitula, constitutiones, provisiones et omnia
alia et singula quae in dicto Concilio proponentur et ordinabuntur.
laudandum, approbandum, ratificandum et emologandum, et de
donativo sive escusado, quarta seu decima, sive quolibet alio
nomine nuncupetur S. C. et R. Mag.ti faciendo vel non
faciendo, et cum Regio Nuncio ac procuratore super eodem
si vobis et alteri vestrum videbitur una cum aliis in eodem Con
silio intervenientibus conveniendum, paciscendum et concorda
ndum, obligandumque pro toto sive pro qualibet parte tam
communi quam divisim nos fructus et proventus dictae nostrae
Abbatiae dignitatis, pro robore (?) et eorum praetextu et occasione
omnes et quascumque cautiones et obligationes validas et ne
cessarias vobis dictis procuratoribus nostris benevisas facien
dum et firmandum, nos fructusque et bona nostra in ampliori et stric
tiori forma Camerae Apostolicae diminuendum (?) et obligandum
cum illis videlicet pactis, pactionibus, stipulationibus et bonorum
nostrorum obligationibus, jurium renunciationibus, jura
mentis et aliis clausulis et cautelis vobis dictis procura
toribus nostris et alteri vestrum benevisis et consilium si opus
fuerit licentiam et prorogandi juramentum et adjurandum in
animam nostram dicti principalis impedimentum et ex
cusationem praedictam legitimum fuit et esse praedicto Conci
lio adesse non possumus. Item etiam omnibus aliis et singulis
quae in dicto Concilio tractabuntur, proponentur et concordabuntur.
ac ordinabuntur sicut et prout melius vobis dictis procuratoribus
nostris una cum aliis in eodem Concilio intervenientibus placue
rit et videbitur expedire conveniendum, laudandum et approbandum,
ratificandum et emologandum totum id quicquid et quantum
per alios in eodem intervenientes et per ordinarios decretum
constitutum et conclusum fuerit, ea quae omnia et singula nostro
nomine tenere, servare et complere promittendum, et si opus fue
rit quascumque supplicationes, provisiones et alias nomine
nostro faciendum, offerendum et praesentandum, earumque provi
sionibus petendum et obtinendum ac debite executioni de
mandandum, et de supplicatis et provisionibus ac nominibus (?) ...

et plura publicum seu publica consimilia Instrumentum
seu instrumenta una cum alijs in eodem casibus Intervenientibus
faciendum seu fieri faciendum Unumquodque et plures procurato
rem seu procuratores ad ipsa omnia et singula substituendum
eumque vel eos revocandum quotiescumque videbitur expedire presenti
Instrumento semper in suo robore duraturo Et demum et gene
raliter omnia et singula alia faciendum et libere exercendum
in predictis et circa ea quecumque ad hec utilia fuerint et ne
cessaria ac etiam opportuna etiam si mandatum exhigerent
magis speciale quam in presentibus sit expressum et que
nos facere possemus etiam si personaliter constituti esse
mus etiam si majora aut graviora fuerint superius expres
sis, Nos enim damus concedimus et committimus vobis dictis
procuratoribus nostris et substituendo seu substituendis a vobis
specialiter et expresse in mandatis vel vices nostras suple
re valeatis et huic procurationi addere si quid substantie
vel solemnitatibus ad expediendum contenta in presenti pro
curatione vel ex eisdem incidentia dependentia vel emer
gentia posset esse necessarium vel utile, vel alias vobis videretur
esse faciendum per vos procurandum agendum et expediendum
etiam si mandatum exhigerent speciale, et per occupatio
nem oblivionem vel alias sit ommissum et sic ut ipsa
clausula per vos reperietur addita et inserta ipsique ac si fuis
set una cum alijs in dicto procurationis instrumento apposita per nos
met specialiter et expresse quoniam nos de presenti nunc
pro tunc et e tunc prout nunc supplicationi et additioni ipsius clau
sule per nos in futurum faciendis expresse et de certa scien
tia concensum nostrum et confirmamusque et approbamusque ac si de verbo ad
verbum per nos huic procurationi esset singulariter et expres
se adjecta expressa et firmata per expressum Promitten
tes vobis jam dictis procuratoribus nostris nec non substituendo
seu substituendis a vobis et Notario publico infrascripto tanquam
publice et autentice persona pro vobis et pro alijs
etiam personis omnibus et singulis quarum interest et interesse pote
rit recipienti pacisenti ac etiam legittime stipulanti
Nos semper habere ratum gratum validum atque firmum
quidquid per vos jam dictos procuratores nostros consti

GOBIERNO DE ARAGON

tutos et sustinendum seu sustinendos a vobis in predictis
et circa procuratum et actum fuerit quomodolibet sive gestis
et nullo tempore revocare sub bonorum nostrorum omnium obliga
tione et hypotheca. Actum est hoc in dicto Monasterio Beate
Marie Gerrensis die vigesimo quarto mensis aprilis Anno
A nativitate Dni Millesimo septingentesimo vigesimo sexto. Signum
nostri fratris Joannis Baptista de Calvo Abbatis pti. qui predictam
firmam imponere nequit ex superdicte infirmitatis impedimen
tum clare et conspicuum ac de ipso impedimento sive infirmi
tatis juramento proprio ipsi notario fidem facimus.

Testes huius rei sunt Hyeronimus Vega Chirurgus
ville de Gerri et Carolus Olivier studens ville Rivi
pulli ad premissa vocati specialiter et assumpti.

Signum Gregorij Gayo Auctoritate Regia No
tarij publici ville de Tremp et Marchiona
tus Pallariensis et Abbatiatus Gerrensis residentis
qui pro eo quod dominus Abbas predictam pro
curationem firmavit et impedimentum predicte
sue infirmitatis clare conspexi et etiam in mei
presentia juramento prestito michi de dicto sue infir
mitatis impedimento fidem fecit, qui hanc pro
pria manu scripsi et clausi.

5

Est ~~duplicata~~

Mandatum ad interveni
endum in Consiliis provin
ciale tarrachonens firma
tum per Admodum Illustrem
et Reverendum dominum Abba
tem Gerrery Religiosis fra
tribus francisco Monfar pre
posito et Monacho dicti
Monasterii Populeti et
Domino Guiberto Amat
Camarario Monasterii S.ti
Cucuphati Vallensis

~~[illegible] toni Magarola fo~~
~~merarii principali sub~~
~~stitutus de [illegible] sub~~
~~stitutorum constat in~~
posse secretarii capituli